

ce|ni, ornatui | thermarum | dedicavit. (*In latere*) dedicata XI kal. Maia[s]¹ | Gallo et Flacco cos.²

Tibure, iam Romae (XIV 3594 vidi). — 1) *Dies natalis urbis Romae.* — 2) *A. 174. Titulum lateris multo antiquiorem esse quam inscriptionem frontis apparet.*

5718 Naeratus | Cerealis | v. c., | cons. ord.¹, | conditor | balnearum | censuit.

Romae rep., bases complures iisdem verbis inscriptae, quarum una certe reperta est in Esquilis prope ecclesiam S. Mariae Maioris, reliquae possunt esse ablatae ex eodem loco (VI 1744. 1744a = 54916). — 1) *A. 538 (cf. supra N. 1245).*

5719 Iunia Cyriace C. 9¹ [el] . . . | ob votum parentiu[m] | Aureli Symfori v. [c.] . . . | et Iuniaes Affianeti[s] | matris, c. f.², balneas B . . . | vetustate conlapsas [de fa]cultatibus propriis pri[vat]is | suis omni operi istruc[ta]s in | pristinam formam rest[itue]runt civibus. | Balneae Obstorgianae. (*In latere, litteris ζιονηδὸν scriptis*) Acholi.³

Romae in villa Albania, fortasse ex aliquo oppido vicino adlata (VI 29706 vidit de Rossi). — 1) *Clarissima puella.* — 2) *Clarissimae feminae.* — 3) *Signum unius ex his qui in titulo memorantur (in altero latere potest periisse simile signum).*

5720 in [h]is praedis Aure|liae Faustianae | balineus, lavat.¹ mo|re urbano, et omnis | humanitas praesta|tur.

In agro suburbano rep., non longe ab eo loco ubi fuit Ficulea, iam Romae (XIV 4015 vidit Henzen). — 1) *Lavatur.*

5721 in praedis | C. Legianni Veri | [b]alineum, more urbano lavat. | [el] omnia commoda praestantur.

Bononiae (XI 724 vidit Bormann).

5722 in his prae[dis] | C. Ulatti Apri sa[cerdotalis]¹, | thermulae s[alutares]² | aqua font[is] . . .

Lugduni (XIII 1926 vidit Hirschfeld). — 1) *Supplevit Allmer; cf. XIII 4744. 1742.* — 2) *Supplementum ab Allmero propositum, sed incertum.*

5723 in praedis Iuliae Sp. f. Felicis | locantur | balneum Venerium et nongentum¹, tabernae, pergulae, | cenacula ex idibus Aug. primis in idus Aug. sextas annos continuos quinque. | S. q. d. l. e. n. c.²

Pompeis pictum in pariete, iam Neapoli (IV 1156 vidit Zangemeister praeter litteras non multas iam evanidas). — 1) *In mentem venit notissimus Plinii locus 33, 2, 34, ubi inter iudicum vocabula etiam nongentorum vulgare potius quam legitimum ponit; fieri potest, ut balneum aliquod nongentum dictum sit tanquam balneum iudicum vel equitum, id est elegantioribus destinatum, ut balneum iudicum Carthagine fuisse traditur (Mommsen)* — 2) *Notae non intelleguntur.*

5724 thermae | M. Crassi Frugi | aqua marina¹, et baln. | aqua dulci. Ianuarius l.

Pompeis rep. extra portam Herculanensem, iam Neapoli (X 1065 vidit Mommsen). — 1) *Thermas has marinas (aquas calidas in ipso mari vaporantes) possessas a M. Licinio Crasso Frugi (qui consul fuit a. p. Chr. 64) memorat Plinius n. h. 34, 2, 3. Cf. Schoene apud Nissenum pomp. Studien p. 138. 139.*